

TAUTOLOGIA

TERTIA,

COMPLEVIT DEUS DIE SEPTIMO

opus suum, quod fecerat:

ET REQUIEVIT DIE SEPTIMO

AB UNIVERSO OPERE, QUOD PATRARAT.

Genes. 2. vers. 2.

EXPOSITIO LITERÆ.



ICTUR Hexæmeri expleto placidissimè cursu, cunctorum Opifex Macrocosmi desijt mirabiliter in ornatu. Dei perfectà sunt opera. Non plus ultra. Materiam Universi superabat opus: siquidem in Cosmopæzio opere siderum & florum rutilabat fasciculus.

Tellus sidereos vibrat distincta colores,
Semper flore novo.

Canit Claud. Marius Victor. lib. 1. Genes. v. 233. & Lucanus lib. 9. de Bell. Pharsal. v. 360.

Fuit aurea silva,

Divitisque graves, & subvo germine rami.

Quæ in cunctis raritas & novitas. Cópia inopem me tacit. Non mihi si oculi, linguæ sint, oraque centum, ingeniumque capax; fas erit, delicias signare divitis horti.

Hæc igitur cuncto natura ditia factu
Regna tot, & tanta virtutum dote referta

Delicia, prima est hominis possessio primi,
In quam deductus vita exaltare perenni

Accola iustus erat.

Ait Marius ubi sup. v. 705. Aptè Praefes dicere quibat in hoc vero floridissimo Tempe, pulchriori Antiochena Daphne, illud Vatis lib. 5. Pastor.

Vere fruor semper: semper nitidissimus annus,
Arbor habet frondes, pabula semper humus.

Est mihi fecundus dotatibus hortus in agris:
Aura fovet, liquida fonte rigatur aquæ.

Sæpe ego digestos volui numerare colores,
Nec potui, numero copia maior erat.

Ovid.

Homær.

Sic multis laudibus hortos Alcinoi prosequitur Homerus *Odys.* 7. & Petrus Bembus in *Aetna.*

Hic nemora in cælum latè crescentia surgunt.
Pamicei pomum grani, malumque, pyrumque,

Et dulces siens, & magna Palladis arbor:
Non illis Borealis byems, non officit aestas

Torrida: sed placidas Zephyris spirantibus auras
Arboribus totum superat fætura per annum,

Et novo iam mitti super advenit vos racemo.

2 Verùm quid Tempe, quid Daphne, quid Mida roserum, Alcinoi pometum, Adonidis, Phæacum, Hesperidumve horti, quantumvis scintillantibus rotis ornati, illis micantibus studiosè vestiti, areolis picturæ dispositi, tessellis pulcherrimè distributi, atque omnigenæ vernalitatis ignibus mirifice illuminati; pro voluptatis horto, quem ad hominis regiam Dominus Deus plantaverat à principio? Nuga hercè, atque imagines papilionum, quamvis Elysiis mirtetur Græcia campos. Este profani procul. Ite. Sacris propere laurum capillis ponite. Deponent,

Nec fletu
pœnitentiæ,
ap-
te obumbrat
tur paradisi
sus voluptatis,

nent, & facta infecta relinquunt. Adhuc phantasia nequivit quasi per umbram fingere penicillo cupidinis, quod res ipsa primis hominibus præstitit paradisi voluptatis.

Qua nec vota pati, nec fingere somnia possunt.

Succinuit Claudianus lib. 1. in *Eutrop.* v. 172. Vide S. Augustinum in *Meditationib.* cap. 26. Basil. *Homil. de Paradis.* Anast. *Sinat. lib. 4. Hexaem.* Moyses Barceph. de *Paradis.* Maluend. Pterium & Delrium in *Sacr. Adag. sup. cap. 51. Isai. v. 3. Adag. 789.* Vates sacri describunt apprime: Dracontius de *Oper. Sex. Die.* à v. 63. Alcimus Avitus lib. 1. in *Genes.* seu de *Origin. Mundi* à v. 196. Marius Victor ubi sup. à v. 220. Cyprian. in sua *Genes.* à v. 50. & Tertullianus de *Iudicio Domin.* cap. 8.

En præclara nitet mundano machina cultu.

Ergo ubi completis fulserant omnia rebus,

Ornatuque suo perfectus constitit orbis,

Illustrans quodcumque videt; placet ipsa tuenti

Artifici factura suo: laudatque Creator

Dispositum pulchro, quem condidit ordine mundum.

Ita Alcimus Avitus ubi sup. v. 45. Claud. Marius Victor etiam loquitur rotas v. 171.

Septima lux magnum vidit cessasse parentem:

Sed generum numeros tantum de fesse creare,

Et requiem tenuisse suam: meritoque sacrata est,

Diversum que vidit opus: namque hoc quoque plenum est

Virtutis, cessasse Deum, posuisse labores.

Denique Olor canorus Cyprianus ubi sup. v. 41.

Septima, quando Deus factorum sine quievit,

Sacrata statuens venturi gaudia sacri.

Latus in asfrigeram cæli se sustulit aulam.

3 Totum hoc concludit Moyses breviori periodo: siquidem Macrocosmo, Microcosmo que plenissimè inferatis, & quasi mazandris siderum, florum, ac charismatum prætextis; Complevit Deus (ait) die septimo opus suum, quod fecerat, & requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat. Unde illud horæ quasi molitorem tanti operis, acque speciosi, Deum pari iubilo, intimo gaudio cælestis intelligètiarum ordo prædicat, & totis viribus, plena manu, ore quoque concio dilaudat, iuxta illud lob 38. 7. *Ubi eras: cum me laudarent simul astra matutina: & iubilarent omnes filij Dei ubi Hebr. legit: Angeli Dei.* Ex quo diei septimo specialis excellentia non tantum apud Sacros, sed etiam apud Ethnicos, quos operose refert Eusebius de *Preparat. Evangelic. lib. 13. cap. 7.*

Huiusmodi Hebraismus crebro in Scriptura teritur: plures quidem sententia utriusque fæderis hunc modum loquendi, isthancque phrasim contemplationi offerunt. *Isai. cap. 28. v. 21. Ut faciat opus suum: ut operetur opus suum.* Psalm. 39. v. 6. *Multa fecisti tu Domine mirabilia tua, & Psalm. 99. v. 3. Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Etiam Psalm. 118. v. 96. *Omnis consummationis vidi finem.* Ierem. 6. v. 29. *Frustrà conflavit conflator.* Iacob. 1. v. 25. *Factor operis.* 1. Machab. 4. v. 51. *Consummaverunt omnia, que fecerant, & demum Ioan. 1. v. 3. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Ex his omnibus modis eloquij coalescunt Tautologia, que ad auctoritatem Geneleos præfatam dilucidandam spectant: ex cuius expositione micabit idiotismi proprietates, & emanabit singulorum testimoniorum perplicitas.

4 Facere in Scriptura interdum pro *Ostendere*, seu *Designare.* Psalm. 2. v. 7. *Ego hodie genui te.* Id est, hodie ostendi, te esse filium meum per resurrectionem à mortuis: ut accipit Paulus *Act. 13. v. 33.* Sensu quo Numen Apollinis de filio Phæthonte dixisse fingit Vates Sulmonensis lib. 2. *Metamorph. Fabul. 1. v. 42.*

Nec tu meus esse negari,

Dignus es.

Data est mihi omnis potestas: dixit Christus in novissimo alloquio cum discipulis, *Matth. 28. v. 18.* nimirum, ostenditur data. *Indurabo cor Pharaonis*, toties in Exodo inculcatum; scilicet, ostendam induratum. Ita 1. Reg. 12. v. 6. *Qui fecit* (ostendit) illum. Exod. 4. v. 17. & cap. 8. v. 22. ubi *Vulgata: Virga in qua facturus es signa.* Hebr. legit: *In qua ostendes signa.* Quod quidem patet *Psalm. 77. v. 11.* ubi, *Mirabilium eius, qua ostendit eis.* Iudith 8. v. 17. *Faciat novissimum misericordiam.* Arabic. *Ostendat.* Ita David *Psalm. 84. v. 8. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.*

Claud.

Alcimus Avitus

Marius Victor.

Cyprian.

Genes. 2. 2. Dies septimus laudibus Dei dicitur.

Isai. 28. 21. Psalm. 39. 6.

Psalm. 99. 3. Psalm. 118. 96.

Ierem. 6. 29.

Iacob. 1. 25.

1. Mach. 4. 51.

Ioan. 1. 33. Facere pro ostendere.

Ovid.

Matth. Exod. 1. Reg. Hebr. Exod. Psalm. Iudith. Psalm.

Qua-

Joanna
Ostendere
pro facere.
Matth.
Luc.
Psalms.
Tacit.

Quapropter mutuo in Sacra Pagina identidem. Signa facere, Ioan. 2. v. 23. 3. v. 2. 6. v. 2. & alij in locis; alibi exprimitur per Ostendere. Ibid. cap. 2. v. 18. Quod signum ostendis nobis: cap. 10. v. 32. Multa opera bona ostendi (feci) vobis. Matth. 16. v. 1. Ut signum de caelo ostenderet: Idem, faceret. Luc. 2. v. 15. Videamus hoc verbum quod factum est, & Dominus ostendit nobis. Græc. Fecit nobis. Ita etiam in veteri testamento, P. Psalm. 59. v. 5. Ostendisti populo tuo dura, & Psalm. 70. v. 20. Quantas ostendisti mihi tribulationes, Haud novum utrumque apud Poetas & Rhetores. Cornelius Tacitus Histor. lib. 3. cap. 73. Circumsistunt (inquit) & Quintium Atticum Consulem honoris umbra, & suavitatem vanitate monstrant: videlicet Consulem factum, vel electum: & cap. 82. Simul fulgentia per colles vexilla, quemquam imbellis populus sequeretur, speciem hostilis exercitus fecerant. Idem, Ostenderant. Seneca in Herculi. OEtas, Act. 1. v. 75. canit:

Ut caelum mihi

Faciat timidum.

Seneca.

Et Martialis lib. 2. Epigramm. 16.

Val. Mart.

Zoilus agrotat: faciunt hanc stragula febrem.

Ostendit stultas quid nisi morbus opesit

Virgilius Georgicor. lib. 2. v. 253.

Virgil.

Ne se prevalidam primis ostendat aris.

Ostendent terris hunc tantum fata, nec ultra

Esse sinent.

Plautus in Milite Glorios. Act. 2. Scen. 4. v. 55.

Idem.

Dum te fidelem facere (ostendere) hero voluisti.

Ergo ex his haud distortè testimonij nostri germanus sensus. Complevit Deus opus suum, quod fecerat. Nempe: consummavit opus, quod ex Omnipotentia thesauris condiderat, & oculis etiam conditorum mirificis Actor admirandum ostenderat.

Plaut.
Facere pro
cogitare,
vel decer-
nere.
Genes.
Mal.

5 Hæc minime dissonas dicitur artific aptior cogitationi sententia. Utraque ultra iudicio lectoris, lucique exponitur, ut doctus pro libito quamlibet amplectetur. Facere in sacro eloquio aliquando non pro opere facto, sed pro operis meditatione accipitur, quatenus quodcumque mente conceptum in lucem proditur. Genes. 2. v. 16. Abraham dicitur: Quia fecisti hanc rem, & non peperisti filio tuo unigenito. Idem, instituit facere. Isai. 43. v. 19. Ecce ego facio nova: videlicet, cogito, molior, machinor, quod ibidem exprimit dicens: Et nunc orientur utique cognoscetis ea. Ioan. 1. v. 47. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: q. d. Quid contra cogitamus? siquidem totus mundus post eum abit. Per quod patet ad testimonium Machabæorum. Cogitaverunt mundare facta, quoniam viderunt sanctificationem defertam, altare profanatum, portas exustas, in atrijs virgulta nata, & pæstophoria diruta: quapropter cunctis ex voto partis, dicitur: Consummaverunt omnia, quæ fecerant. Nimirum, quæ condere, reedificare, vel infertare animo cogitaverant. Omitto alia testimonia facta. Apud Profanos itidem. Propertius lib. 4. Elog. 5.

7. Mach. 4.
119

Fac simulæ puros Isidis esse dicit.

Propert.

Idem cogita. Aptius Virgilius lib. 9. Aeneid. v. 227.

Virgil.

Consilium summis Regni de rebus agitant.

Virgil.

Quid facerent?

Virgil.

Scilicet, quid faciendum cogitantes. Unde patet sincera expositio Textus. Complevit (ait Moyses) Deus opus suum, quod fecerat. Quasi diceret: Die septimo absolvit quicquid cogitaverat, seu facere Omnipotentia decreverat. Ita Marius Victor ubi supr. v. 10.

Mari. Vict.

Regnabatque potens in maiestate creandi.

Iam res, & causas rerum, casusque futuros,

Et facienda videns, gignendaque mente capax

Sæcula dispiciens, & quicquid tempora voluunt;

Corpora dans rebus, dum res existere cogit,

Ut nostrum faceret manus, quod solus habebat,

Solus norat opus.

Sapient.

Producta ergo sunt omnia sicut artificialia ab artifice. Omnium est enim artifice, uti dicitur

Severus Boet.

Sapient. 7. v. 21. Iccirco Severinus Boetius lib. 3. de Consolat. Metro. 9. v. 5. accinit:

Verum in ista summi

Forma boni, livore carens, tu cuncta Supremo

Ductis exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse

Mundum mente gerens, similique ab imagine formans.
Perfectusque iubens perfectum absolvere partes.

Haud aliter quam domus in re producitur extra ab exemplari, quod habebat anima. Ideo Ioan. 1. v. 14. Quod factum est, in ipso vita erat: igitur quod factum est extra, tam in superiori, quam in inferiori mundo, prius erat in Verbo per ideam, sive exemplarem formam, quæ idem sunt ac Eidentia Divina, ut assertit D. Thom. 1. p. q. 15. art. 1. ad 3. alijque in locis. Unde Augustinus hic: Non subit (ait) aliquid voluit facere, sed omnia ab aeterno fecit (id est, statuit facere, desinavit, aut decrevit) Faber prius facit in mente, post in opere; quod in mente est, vivit cum artifice. Vide etiam in lib. 83. q. 9. 46. Bene igitur, Quod factum est in ipso vita erat: siquidem cum omnia, quæ facta sunt a Deo, sint in ipso ut intellecta; sequitur quod omnia in ipso sunt ipsa vita divina. Confule D. Thom. ubi supr. q. 18. art. 4. Illi sunt Dies æternitatis apud Michæam cap. 5. v. 2. Vigilanter in antithesi exprimitur, quomodo in mente artificis fuerit ab aeterno quicquid factum in visibili & invisibili mundo. Ideo Amor fingitur intra annulum anguis, seu æternitatis: quasi quæ produxit in tempore, iam essent cum illo ab aeterno in cognitione: pro quo venisset Otho Venius Emblem. 1. Amoris canit:

Annulus hic, anguisque tibi curvatus in orbem

Temporis æterni signa vetusta notant.

Vide Vincentium Chartar. de Imag. Deor. fol. 18. & Pier. Valer. Hierogl. lib. 14. cap. 4. 6 Clarius exprimitur in Apocal. 4. v. 11. ubi dicitur cunctorum Conditori: Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Perpende: Propter voluntatem, quia non necessarium mundus ab illo productus: sed propter voluntatem communicationis ad extra, eiusque optabilem dilectionem.

Quem non externa populerunt fingere cause.

Succinit Boetius ubi dudum, v. 4. Propter hanc voluntatem cuncta erant & creata sunt. Creata sunt ad extra, quæ ante sæcula erant in mente divina. Denique, propter voluntatem; quia quid, quando, & quomodo voluit, cuncta fecit; & quod volens duntaxat decreverat facere. Omnia quæcumque voluit, fecit in caelo & in terra, in mari & in omnibus abyssis: ut dicit David Psalm. 138. v. 6. Minime quod potuit, quantum potuit, nec ita eximie ut potuit; sed ut opus, & par erat, quia sic & non aliter placuerat, Apposuit Marius Victor ubi supr. v. 42. & 164.

Et spiritus potens quicquid natura putatur

Disposuit, iussit, movit.

Foram quo more futura,

Quo facienda facit.

In Deo idem potentia & voluntas. Ipse dixit, & facta sunt. Vel Ethnieus lib. 8. Metamorphoseon Fabul. 3. agnovit.

Immensa est, finemque potentia cæli non habet:

Et quicquid Superi voluere, peractum est.

7 Fecit igitur Deus quantum intenderat, & condere cogitaverat, similiterque quicquid & quantum ratio operis exigebat. Alia mira & miranda (quæ à Prophetis prædicta & prædicata tanquam nova, & iure, ut Incarnatio Verbi Divini, Ierem. 31. 22. Conceptio Virginis, Isai. 7. 14. Nativitas Christi, ibid. cap. 96. Resurrectio, Iob 19. 25. Ascensio, Psalm. 67. 19. Adventus Spiritus Sancti, Ios. 2. 28. & adhuc in naturalibus, creatio animarum rationalium; atque in præternaturalibus, statio & reversio Solis, Iosue 10. 13. & 4. Reg. 20. 21. & alia similia, quæ comprehendit Siracides cap. 36. 6. Ecclesiastici, dum dicit: Innova signa, & immuta mirabilia.) nullatenus plauderentur ut nova si includerentur in causis, aut similibus, ut aliqui dicunt, & videbimus infra num. 14. vel in ly Opus suum subintelligerentur, ut aliqui profertur. Proin ut Opus suum Deum complese profiteamur, ac mirabilia nova parata exponamus in tempore, incongrua non erit huiusmodi interpretatio: nimirum, Deum in Colnopaia quicquid destinaverat facere, præut decreverat, proclivè fecisse: nihilominus tamen servasse in abditis arcanorum latebris mira quædam ostentanda in temporibus novissimis. Vide Augustin. Tract. 24. in Ioann. Quæ futura, destinavit facere, sed tempore opportuno. At dices: Si aliquando, cur non modo? Hoc sapere, desipere est: ait idem S. Doctor lib. 4. de Genes. ad Liter. cap. 8.

Ex ipso historiz contextu claret huiusmodi sensum analyticum. In ipso (septimo scilicet die) cessaverat ab omni opere suo, quod creavit (Creavit per Enallagen, id est, creaverat, aut fecerat) Deus, ut faceret. Hoc est, opus, quod Deus in Hexæmeri spatio consurre intendebat, & ut intenderat fecit: sed fecit, & perfecit: ut etiam faceret: etenim plura mirabilia paranda,

Tom. I. Taut.

X

Joann.
Quo pacto
cuncta in
Deo vita
sunt?
D. Thom.
August.
Quin dies
æternitatis

Anno intra
annulum.

O. Vzn.

Apoc.
In Deo vol-
untas po-
tentia.

Sev. Boet.

Psalm.

Mar. Vict.

Ovid.

Quomodo
multa dicitur
nova, si
Deus requie-
vit à novis
operibus die
septimo?
Ecclia.

August.

da,

Ambros. da, verum illa illo tempore non facienda. Desinato igitur tempore faciet, sicut orbem statuto articulo fecit. Quare Ambrosius lib. 4. in cap. 4. Luca, Bene (ait) Sabbato capit, ut ipsum se ostenderet Creatorem, qui opera operibus intexeret, & prosequeretur opus, quod ipse iam ceperat: ut inde nova creatura ceperit, ubi vetus creatura ante deservit. Perpende Opera operibus intexeret: igitur cessaverat ab omni opere suo, quod creavit, ut faceret. Astipulatur Marius Victor, qui ubi supr. v. 178. Argute succinit:

Mar. Vict.

Septima lux docuit veneranda exempla quietis. Sic cessare Deus, sic otia sumere novit: Plus ut agit cessans, pariter sine fine quiescens, Ac sine fine operans, seriemque & tempora miscens, Cessando consummat opus, quodcumque creavit.

Quo pacto Deus cessavit facere, ut faceret Procop. Caietan.

Plus ut ageret, cessavit. Cessavit ab opere desinato, ut plus ageret, quando ultra illa alia facere expediret: quae quidem decrevit facere, ceterum non illud hora, sed statuto tempore. Neque ex hoc arguitur Opus suum non consummasse: tum quia ly Complevit est tantum de perfectione eorum, quae cum prius non essent, in existentiam provexit: ut dicit Procopius hic. Deinde quia pro illo tunc amplius facere minime statuit: ut alruit hic Caietanus. Quam obrem Deum complevisse opus suum, idem est, ac consummasse sex diebus opus, quod deliberaverat ostendere, aut cogitaverat facere.

Facere pro coepisse, & e contra. Genes. Deutera.

8 De utroque sensu, ut velit, statuat lector. Sed antequam descendamus ad singula; dignum scitu iudicavimus illud Ambrosij, Ut prosequeretur opus, quod ipse iam ceperat. Ex qua auctoritate proclive exponitur testimoniū Tautologia. In Scriptura Coepisse intelligitur facere. Genes. 4. v. 26. Iste cepit invocare nomen Domini. Id est, ille fecit invocare. Deuteron. 20. v. 12. Sin autem fadus inire noluerit, & ceperit (fecerit) contra te bellum, oppugnabis eam. Sapient. 14. v. 15. Rapti filij imaginem: nunc tanquam Deum colere cepit (fecit) & constituit inter servos suos sacra & sacrificia. Sic alia. Ita enim facere limitur aliquando pro Coepisse, ut vidimus supr. num. 5. ex Genes. 22. v. 16. Quia fecisti hanc rem. Unde sensus periodi erit: Complevit Deus die septimo opus suum, quod fecerat; hoc est, complevit opus, quod ceperat, & requievit. Ecce triplicem textus expositionem: aptiora lubenter amplector.

Sapient. Genes.

9 Complevit Deus. Deus, non alius: de quo late Tautolog. 4. in Exposit. Liter. num. 9. Complevit qui fecit, vel cepit facere. Complevit, quod quasi inconnexè creavit. In principio creavit Deus caelum & terram: mox ultimam manum imposuit, & complevit compe floridissimam machinam. Ideo facta dicitur, & perfecta, Genes. 2. v. 1. quippequam ad totale & speciosum esse per plures operationes venustissime perducta. Perfecti sunt igitur caeli & terra, & omnis ornatus eorum: non simul omnia, ac in momento, ut observant Alapide, Pererius & Delrius hic, de quo infra: sed sex diebus naturalibus successive. Quod Deus fecerat, perfectione complevit; & ornatus consummavit: ut legit Sanctes Pagninus. Quasi filis aureis varij cultus, discretive ornatus telam intexuit, qui in materia producta catagraphen obumbravit. Primas lineas in sciagraphia coryphaeus penicillus expolite ducebat: ac tubidine, prout cuique orbium opus erat, ad amussim subtiliter infertabat. Stellas & motu coelos; tellurem arbutis, & floribus; aërem volucibus; & ut aliquibus apud Pererium lib. 1. in Genes. num. 154. placuit; etiam ignem venustavit avidus & reptilibus.

Pagnin. Complete pro ornate.

Perer.

Ovid.

10 Hac ergo non incongrua expositione apparet, quo sensu delicandum est Ecclesiastici testimonium cap. 18. v. 1. ubi legitur: Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul. Quam opinionem sequitur hic Caietanus, & amplecti videtur Augustinus, quia ita placet, quibus illius tanta doctrina displicet, & nolunt intelligere, imò nec legere, ut bene agant) lib. 4. de Genes. ad Liter. cap. 33. lib. 5. cap. 24. & lib. 6. cap. 3. Marius Victor ubi supr. v. 29. & 378. Cuncta simul genuit: sed partibus edita certo Limite distinguens specialia protulit ortu. Omnia facta simul.

Mar. ViG.

August.

Neu regio foret ulla suis animalibus orba. Ut cecinit Ovidius lib. 1. Metam. Fab. 2. Quasi aptaret tabulam, qua ad vivum pingenda cuncta, & qua absoluta oculis essent exposita. Ideo completa dicuntur die septimo, quae prius carebant naturalibus ornatu.

10 Hac ergo non incongrua expositione apparet, quo sensu delicandum est Ecclesiastici testimonium cap. 18. v. 1. ubi legitur: Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul. Quam opinionem sequitur hic Caietanus, & amplecti videtur Augustinus, quia ita placet, quibus illius tanta doctrina displicet, & nolunt intelligere, imò nec legere, ut bene agant) lib. 4. de Genes. ad Liter. cap. 33. lib. 5. cap. 24. & lib. 6. cap. 3. Marius Victor ubi supr. v. 29. & 378. Cuncta simul genuit: sed partibus edita certo Limite distinguens specialia protulit ortu. Omnia facta simul.

Dixi consultò, Amplecti videtur Augustinus; quia lib. de Genes. ad Liter. imperf. ita dicit: Complevit omnia simul. Ex quo condit placitum tanti Doctoris. Miror & doleo, vel ridico perfidiam aliquorum frontem, caninumque dentem in maximòs undecunqve, Crifim iactant, acroamata supputant, extra orbitam excurrentes, extra chorum saltantes, sapientiae insultantes,

tes, sibi blandientes, qui cum legerint non intelledum aliquod magnorum virorum testimonium; ferum quò candet, mordicus accipiunt: unde invita causa, ex abrupto vel in Augustinum protetur sententia. Dummodo Auctor subtriceretur; et id perperam, fueret: verum Augustini, vel audito nomine, proccatias est. Quales sine Augustino essemus? Quisnam noster vultus? Quid abs illo sapimus? Pugna fane culicum & plaga mufcarum. Acer ingenio Augustinus, suavis eloquio, secularis literatura peritus, in Ecclesiastici laboribus operosus, in quotidianis disputat ionibus clarus, in omni sua actione compositus, in expositione sua fidei nostra Catholicus, in questionibus solvendis acutus, in revincendis hereticis circumspiciens, & in explicandis Scripturis Canonice cautus. Hac S. Profer. lib. 3. de Vita contempl. cap. 31. Augustinus est, qui in Concilio Toletano VIII. cap. 2. plauditur Vestigationis acumine cautus, inveniendi arte praecipuus, asserendi copia profusus, eloquentiae flore venustus, sapientiae fructu fecundus. Sine delectu fingentes holtem, quia gloria cadere sub elephante) iudicant: non amant, cum iudicaverint. Idè quale dixerint ad locum Ecclesiastici, proferre debent iudicium de sententia huius Aquilae magna.

S. Augustinus est vultus in mari magna Scripturae novigantium

Prospu Encomia Sa cri Doctoris. Conc. Toletan.

11 Pro omnibus igitur dico primò. Simul in Scriptura saepe sumi pro Pariter, vel Communitè: ita legunt Graeca, Romana, Complutensis, & Tigurina. Patet Psalm. 13. v. 3. Simul inutiles facti sunt. Id est, omnes. Psalm. 30. v. 14. In eo dum convenirent simul (pariter) adversum me. Perpicuius Psalm. 73. v. 8. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, & Psalm. 82. v. 6. Cogitaverunt unanimiter, simul adversum te testamentum disposuerunt. Jerem. 5. v. 5. Ecce magis bis simul confregerunt iugum. Marc. 6. v. 22. Cum placuisse Herodi, simulque recumbentibus. In his alijque locis pro simul intelligitur Omnes, cuncti, nullo dempto. Virgilius lib. 6. Aeneid. v. 221.

Simul pro Pariter.

Psalm.

Jerem. Marc.

Virgile

Idem.

Tacita Simul pro omnes.

Simul pro Deinde Poeta, vel Eriam. Lucan.

Id est, omnes custodes. Et ibidem v. 357. Multa virum solido argento perfecta relinquunt Armaque, craterasque simul (omnes) pulchroque tapeta.

Tacitus verò lib 4. Annal. cap. 55. Verum Hypapenni, Trallianique simul (omnes) transiit, ut parum validi. Ita alij passim. Dicere ergo omnia a Deo simul creata; idem est, ac nihil esse nisi a Deo, tanquam a summo & primo principio; quippe omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factu est nihil: de quo late infra. Ita alruunt ex Scholasticis Doctoribus Gabriel Vazquez 1. p. q. 6. 1. disput. 224. cap. 2. & Gregor. de Valent. 1. p. disp. 5. q. 2. punct. 2. ad 1.

12 Secundò, Simul accipitur interdum pro Deinde, postea, etiam. Lucanus lib. 9. Civ. Bell. v. 912.

Simul (post) insit statui tentoria duorum.

Amor advent in cor meum

Nunc simul (deinde) res, fides, forma, virtus, Decusque deseruerunt.

Plautus in Mostellar. Act. 1. Scen. 2. v. 63.

Virgilius lib. 9. Aeneid. v. 198.

Obstupuit magno laudum percussus amore

Euryalus: simul (postque) bis ardentem affatur amicam

Eodem sensu ibid. v. 324. & clarus lib. 11. v. 908.

Ac simul Aeneas fumantes pulvere campos

Prospexit longè, Laurentiaque agmina vidit.

Apud Rhetores etiam: Adi Plinium lib. 2. Epist. 7. Quintil. lib. 10. cap. 1. Tit. Liv. Ab urb. cond. lib. 5. in oratione Appij Claudij Tribuni. Salutium in Bello Catilin. orat. M. Portij Caton. Corn. Tacit. Ann. lib. 14. cap. 40. Sueton. Tranquill. in Domitian. cap. 13. Quint. Curt. lib. 4. in orat. Legator. Darj ad Alexandr. Lucium Annaeum Florum lib. 1. cap. 9. & Cicero. orat. 3. in Verr.

Plaut.

Virgile

Idem.

Baruch. a. Mach.

Luc.

Conc. Lat.

Origen.

In Sacra Pagina itidem. Baruch cap. 3. v. 14. dicitur: Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus, ubi sit scias simul (postea) ubi sit longiturnitas vitae. 2. Machab. 4. v. 36. Regem de Cilicie locis adierunt Iudaei apud Antiochiam, simul (postmodum) & Graeci, conquereutes de iniqua necesse Oriae. Luc. 8. v. 7. Aliud cecidit inter spinas & simul exorta a spina suffocaverunt illud. Id est, deinde, mox, etiam exorta a spina. Sic alia: quae expositione perspicue intelligitur illud Concilij Lateran. cap. Firmiter de Summ. Trinitat. & Fide Catholica: scilicet: Sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritalem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam; & deinde hominem. Dicit, Deinde hominem; quippe Origeni placuit, animam Adami & aliorum simul cum Angelis creatas Tom. I. Taut.

Simul id est ab uno, nō unā.

Alapide, Suarez.

Paterius Gregorius Magus. Simul creata est rerum substantia, sed non forma. D. Thom. Suarez. Genes.

Eccle.

Gregorius Magn. D. Thom. Quo pacto, nihil novum sub sole.

Philipp.

Quid complementum operum Dei Genes. S. Thom. Alapide. Haye. August. Beda. Interl. Lyra. Ioanng.

Leo Oleast. Septuag.

fuisse : de quo Nos fusē Tautolog. seq. num. 13. Non intelligendum est, hominem à Deo creatum, simul existisse cum Angelis, tempore, cælo & terra: sed simul in principio Deum cælum & terram, angelos tempusque creasse, & deinde hominem. Ita pariter dum dicitur, Deum omnia simul creasse; præter ea quæ in principio temporis designantur à Moysē, intelligi debet successivē. Vide Alapide in Ecclesiastic. cap. 18. v. 1. ubi plura & ingeniosa; & Eximium Suarez lib. 1. de Angelis cap. 3. n. 9.

13 Hæcine, quia ad unguem, super fatisque erant: sed operæ duxi Gregorij Magni in medium statueret auctoritatem; quia priusquam Augustinomialit Zoilus excitaverat quæstionem. Sic igitur in Excerptis à S. Paterio in Genesim lib. 1. cap. 10. (quæ quidem lecta videntur ex horto Moral. in Job. lib. 32. cap. 9. & 10.) luculenter loquitur. *Quærendum nobis est, quomodo Deus simul cuncta condidit, dum i. em Moyses sex dierum mutatione variante distinctè creata describit: Rerum quippe substantia simul creata est, sed simul per species formata non est: quod simul extitit per substantiam materia, non simul apparuit per speciem forma.* Hæc Gregorius N. & ad rem: quem secutus est D. Thomas 1. p. q. 74. art. 2. ad 2. & Suarez de Opere Sex Dier. cap. 10. num. 22. Unde signanter utitur Moyses creationis verbo Genes. 1. v. 1. uti notat ibidem Angelicus Magister: & subinde, sicut supra num. 7. notavimus, dicit cap. 2. v. 3. opus, quod creavit Deus, ut faceret: siquidem in primo die in substantia extitit per conditionem, reliquis sex diebus successivè processit in speciem. Quapropter creatura omnis simul per substantiam perfluit, ceterum non omnia simul artificis lumen in species protulit: igitur producenda erant per formam, quæ in principio temporis apparuerat per substantiam. Satis ne ad vitiligatores? In Augustinum lignum sine acumine venit. Ille ridet: cælum utique nulla sagitta ferit. Patet iam quid etiam Marius Victor in carminibus astruat.

14 Denique ly Complevit AA. non infimæ notæ interpretantur, quasi Deus ab omni opere superfederit, & manum de polita tabula officij tulerit: etenim iuxta illud Salomonis in Eccle. 1. v. 10. ubi, *Nihil sub Sole novum, nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est: iam enim præcessit*; nihil arbitrantur fieri, quod in opere sex dierum materialiter, potentialiter, virtualiter, effectivè in suo simili, vel in suis causis non fuerit factum. Materialiter, ut vidimus ex Gregorio Magno num. præcedenti, & astruit D. Thom. ubi supr. q. 73. art. 1. ad 2. sicut costant Adami finxit in feminam. Potentialiter, ut mulus, leopardus & reliqua huiusmodi, quæ producuntur ex diversis speciebus, vel ex unica, ut sunt monstra. Virtualiter, ut sunt insecta, vel ex putri materia confecta: quæ omnia includuntur in sæcunditate corporum mistorum, vel in virtute elementorum & stellarum. Effectivè in causis univocis, sicut individua futura, in primis specierum individuis. Effectivè demum in suo simili, sicut animæ rationales, quæ sunt eiusdem speciei, de quo nobis gratia disputationis singularis disquisitio Tautolog. 4. in Exposit. Liter. à num. 27. usque ad finem. Etiam signant in suo simili præcessisse mysterio apicem, Verbi, scilicet, Incarnationem, secundum similitudinem; iuxta illud Apostoli ad Philipp. 2. v. 7. *In similitudinem hominum factus, & habitum inveniit ut homo.*

Subtile prorsum & concinnum expositionis acumen: verum allegoricè potiùs sensu, in quo nihil supra; quam literali aptatur expositio ingeniosa. Proinde quantum sciam, complementum huius operis nihil aliud est, quam consummatio: unde subditur, *Quia in ipso* (scilicet septimo die) *cessaverat ab omni opere suo.* Cessavit, quia opus conceptum consummatione complevit. Ideo huiusmodi Hexameteri consummatio dicitur à Doctore Angelico 1. p. q. 74. art. 2. ad 3. *Cessatio à novis operibus condendis.* A Cornelio Alapide hic, & Haye, tam in Biblia Maxima, quam in Arbore Vitæ in Exposit. Liter. dicitur: *Per negationem ulterioris operis complevit.* Et denique, quia *Ultra nova non condidit*, astruunt cum Augustino lib. 6. de Genes. ad Liter. cap. 12. Venerabil. Beda, Glossa Interlinealis, & Lyra hic. Substitit Opifex à generum, specierumque novarum productione, verum nequaquam à conservatione earum per individua: igitur gubernationis & permanentiæ opus nunquam & nusquam Deus omisit, aut prætermisit, sicut Christus Ioan. 5. v. 17. enunciavit, dicens: *Pater meus usquemodò operatur & ego operor.* Posset plures & speciosiores mundos Omnipotentia consfruere, igitur fabrica huius non est abbreviata manus Domini, cui non impossibile omne verbum; ceterum noluit. Idem enim faret dubium, si quid amplius, quàm fecit, fecisset. Unde septimo die opus complevit, cessans ab omni opere, quod patravit. Ita D. Thomas ubi dudum q. 73. art. 1. ad 2.

15 Die septimo. Exclufivè: quoniam in illo nihil factum, ut prudeniter notat Hieronymus Oleaster hic. Septuaginta Interp. legunt, *Die sexto.* Bene omnes inclusione, & exclusione. De quo passim Doctores, Pererius, Bonfrerius, Alapide, Escobar, Deltrius, Fernandez, Paulus Burgenfis, Sixtus Senensis, Haye, & Lyra latissimè hic in re Sole clariore. Quare expun-

pungenda sententia Ambrosij Catharini, formationem Evæ die septimo levi fulcro veritatis autumantis: nimirum, quia Moysē describitur, postquam requievit Dominus ab universo opere, quod patrarat. Futile ratiocinatio. Ex eo igitur quòd designet post consummationem Euxæmetri, machinam orbis ornamentis completam, colompoziamque venustissimè absolutam, haud rectè infertur, die septimo fuisse formatam. Tum quia potest dici *Histerologia*, quæ sit per anticipationem, & positionem: quæ à Rhetoribus dicitur *Prolepsis*. Vide Alapide Canon. 3. in *Pentateuchum*. Tum per *Exergasiam*, quæ quod dictum, variè extenditur, & extensione sigillatim explicatur. Tum denique per *Anacephaleosim*, seu recapitulationem, ut patet ipso capite in descriptione Paradisi, & formatione hominis. Quis sani cerebri dicit, die septimo constitutos, & non hunc die sexto, illum tertio; quia post quietem Dei singulariter à Moysē narratur conditio? Iam sacer historicus dixerat cap. 1. v. 27. *Creavit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creavit illum: masculum & feminam creavit eos.* Perpende *Hos*: quod quidem incongruum, si Eva die sexto non esset formata. Claret etiam Exodi cap. 20. v. 11. ubi Moyses ait: *Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & Marci & omnia, quæ in eis sunt.* Quod quidem etiam cap. 31. v. 17. & pluribus alijs in locis. Unde perspicuè constat, die septimo nihil conditum.

Sensus allegoricus apprimè exponitur à Mario Victore ubi supr. v. 178. ubi ait:

Septima lux docuit veneranda exempla quietis: Quam sperare iubet populis pro munere vite, Semper post operum, tribuendaque facta piorum. Hæc quoque lux illa est, dierum qua Tarsara Christus Solvit, & evictio reditum patefecit averno, Dum requisivit humi patriam rediturus in aulam. Sic cessare Deus, sic otia sumere novit.

Assipulatur Iuvenus Histor. Evangelic. lib. 2. v. 572.

Ille dies veteri posebat lege quietem Sabbata nam prisca repetebant otia in suis.

Modus quietis pro solemnitate congruo cultu, describitur à S. Prospero lib. 2. Epigrammas. N. 670. ubi ex Senteptijs Augustini canit:

Non recto servat legalia Sabbata cultu, Qui pietatis opus credit in bis vetitum. Nec corrumpuntur virtutibus otia sancta Tantum à peccatis libera corda vacent.

Unde illud Augustini decantatissimum: *Melius faceret Iudæa mulieres, si in Neomenijs naves, quam in bis impudicè saltarent.*

16 Pro digressionè mundi sex dierum ab aliquibus symbolicum sensum, haud dissonè promeptum. Prælagunt hanc mundi machinam sex annorum millibus præterpropter duraturam: & quia ut ait David Psalm. 89. v. 4. *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies externa, quæ præterijt*: quod simul profert Petrus Epist. 2. cap. 3. v. 8. & quia sex primi Patres mortui sunt, & septimus, qui Henoch, non apparuit. Denique quia bis mille anni statui Naturæ, & Legis scriptæ, etiam statui Gratia respondere debent. Ita somniantur Rabbini. Pro huiusmodi Quæsitio videris opinionis apud Alapide in Apoc. 20. v. 6. Riber & Viegas, earumque confutationes apud Perer. lib. 1. in Genes. n. 91. Si inquiris, quid de istiusmodi ratiocinijs, coniecturis, seu potiùs acroamatibus sentia: Sine rubore dicam. Non est nostrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater cælestis posuit in sua potestate.

17 Mira dicit de numero fenatio, eiusque perfectione Philo de Opificio Mundi. Fateor insipientiâ meam: nunquam igitur nactus perfectionem cognoscere numerorum: verum non dolet. Doleo tamen, videre in aliquibus & sanè prudentibus & doctis, singulariter epiga numeros fidem, & quasi fidei essent, stolidam credulitatem. Quàm multos fecit in circuitu capitis ambulare Rota N. Vener. Bedæ? Rota mens, ut canit Poëta lib. 4. Metam. Fab. 13.

Voluitur Ixion & sequiturque, fugitque.

Si quis rectè inspexerit, intelliget ut ludicrè, quod lactante ipse conceperat ut mysterium. Nihil ibi, nisi artificiosa numerorum positio, unde oritur stultorum divinatio. A literis, seu nominibus quid hominibus malum, aut bonum? Quænam connexio inter actiones liberas, & alphabetum?

Multoties si aliquid futuri inquiritur lingua vulgari, affirmat; latine negat. Unde languens eadem infirmitate morietur, & non morietur: in fuga, vel exilio reveretur, & non revertetur: in monomachia succumbet, & prævaldebit. Deinde, quia si quaritur de Iacobo, v. g. & de Di-

Ambros. Cathar. Hæc quæ die formatæ

In die septimo nihil à Deo factum

Genes.

Exod.

Mar. Viog

Iuven.

Ad quid not quis dicit fœd

Prosper.

August.

Psal.

Coniectura de mundi duratiōe

Quid fuit dum de Rota Ven. Bedæ

Ovid.

Huius frigida

daco, quod idem est, contraria signat. Uterius etiam contraria, modò auferatur diphthongus, ut accidit in nominibus *Matthaus, Emilianus, Hieronymus*, &c. Denique in *Morte minore* præfigitur numerus xxx. si ad supputationem deducitur numerus xxix. remanet unitas: ad quid igitur numerus trigessimus?

Invenitur profectò huiusmodi Rota ad calcem *Tom. 2. Operum Ven. Bedæ*. Pericula curiositatis (factorum vitium) haud fuerunt remota obliteratis numeris nominum, & fixis Lunæ: quippe etiam vitata Caribdi, sciolii incidunt in Scyllam. Iudicant enim thesaurum scientiæ sub illa latere, & inveniunt casum laborem. Si arbitrantur penetrasse, est error peior prior: igitur plura prædicuntur, & fatuis divini fabulas fabulantur. Quapropter penitus, si possem, e operum folijs evellerem, ne viro insigni sapientia prædito, sancto, & doctissimo tribueretur opus ita ludricum, hominibus vacui cerebri noxium, frigidum, ubi non videtur illud ingenium, quo plura scripsit duntaxat ad acuenda ingenia discipulorum, ut inibi patet. Ergo iam proposito nostro.

18 *Opus suum*. Sic iteratur ibid. v. 3. & Isai. 28. v. 21. ut vidimus num. 3. Ceterum quæle & quodnam opus? Dicit Ioannes: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Ergo omnia opus tuum. Ita Arabica & Persica lectio. *Omnia per manus eius fecit, & sine ipso non fuit unum, id quod fuit*. Idem fermè Æthiopica. Neque verba redundanti, geminata meditantur ab Evangelista. Moyses nec verbum quidem dixerat de rebus spiritalibus, quippe tantum protulerat de corporeis & sensibilibus. Ioannes verò, ut astitit Chryostomus *Homil. 4.* in Ioann. *Sublimi hac periodo cuncta comprehendit*. Quapropter *Opus suum*, sunt sensibilia à Deo facta, & à Moyse in Hexaëmero expressa: & etiam *Opus suum*, reconditum oculis corporeis spiritalia; quia sine ipso factum est nihil: ut homo illum confiteatur sive in profundum inferni, sive in excelsum supra, Creatorem & factorem visibilium omnium, & invisibilium. Ita & non aliter præter Nicænum decrevit Lateran. Concilium ubi supr. num. 12. *Utramque Deus, inquit, de nihilo condidit creaturam, spiritalem & corporealem: Angelicam videlicet, & mundanam: deinde hominem, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam.*

19 A Manichæis duplex Natura, seu substantia fictrix & potens cogitur. Mala nempe & bona. Hunc errorem hauserunt ex Gnosticis & Marcionitis, ut notavit Isidorus lib. 8. *Byzomolog. cap. 5.* Alphonfus à Caitro de *Haresi*, & novissimè Petrus Annatus lib. 7. in *Theolog. positivo*. Dicebant enim bonum & malum Deum. Unde per ly *Nihil* intelligebant creaturam corporalem: modo quo Paterniani & Patritiani (de quibus Isidorus ubi supra) inferiores corporis partes à Demone factas, autumabant: in quos invehitur Concilium Braccaren. l. cap. 13. armatura Pauli 1. Cor. 12. v. 24. dicentis: *Deus temperavit corpus, & cui detraxit, abundantiam tribuendo honorem*. Proinde Manichæorum intelligentiæ sensus auctoritatis erat: *Omnia per Verbum facta sunt: & sine ipso factum est corpus, quod factum est. Quasi hoc aliquid, tanquam nihilum & inane, Demonas posse conficere. Levi manu comprimeretur istharum exercitus cavillationum, si canonicum dicerent Pentateuchum: igitur vel prætermisissis à Moyse spiritalibus, de Opifice Deo dicit cap. 1. v. 31. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*. Ad Malachiam ergo, quem amplectuntur, pervius recurrit. *Deus* (ait cap. 2. v. 10.) *unus creavit nos; ergo omnia, vel infima, vel hominibus noxia (cum Augustino lib. 1. de Serv. Dom. in monte, non abs re dicam) ab eodem unoque Deo, qui fecit caelum & terram.**

20 Alij huius furfuris, effrontes & duræ cervicis, per ly *Nihil* signant diabolium, quasi naturâ malignum, & à Deo minimè conditum. Verum perperam: igitur naturâ & substantiâ bonus est, & productus à quo bona cuncta procedunt. Signaculum fuit similitudinis, pleniusque sapientiæ & decore: sed *in veritate non stetit*, ut dixit Christus *Ioann. 8. vers. 44.* Nullo modo in aliam contrariam substantiam transiit, sed à summo bono, cui dignatus maxime debuit adherere, descivit. Leonem Pap. I. videris *Epist. 93. cap. 6.* *Si quis diabolium non fuisse prius Angelum bonum, à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum è tenebris emeris, non aliquem sui habere Authorem, sed ipsum esse principium, atque substantiam malam, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt; anathema sit.* Hæc Concil. Braccaren. ubi supr. cap. 7.

21 Insuper & deliramenta perosus, ad veritatem ultrò descendo. *Nihil* in auctoritate Ioannis à pluribus Catholicorum, maxime ab Augustino hic, *Epist. 150. & Soliloq. cap. 4. & 5.* concipitur, quasi diceret Evangelista *Peccatum*: quod verè privatio, & non quid positivum. Tunc enim sententia erit: *Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil (peccatum) quod factum est. Factum*, quia patrum. *Nihil*, quia à potentia in facto deficiente, & non efficiente: sicut motus in claudicatione (exemplum est D. Thom. 1. p. q. 49. art. 2. ad 2.) cau-

Ioann. 3. Arab. Persic. Chryso. Quid dicitur Opus Dei

Quid, nihil sine Deo factum? Coc. Lat.

Isidoro Alphons. à Caitro. Annat. Nihil non significat creaturam corporalem, 1. Cor.

Genes. Malach. August.

Nec damnatum. Ioann.

Leo Pap.

Concil. Braccar.

Nec peccatum. August.

D. Thom.

causatur à virtute motiva, obliquitas verò motus à subiecto, sive parte curva, & laesa; & at cùm excludatur à Deo causalitas peccati, ut peccatum est, quia non est causa tendendi ad non esse, per *Nihil* (quod quidem factum, exprimens potentie efficientis defectum) intelligitur non absurde peccatum. Huic igitur sensu aptari potest lectio Arabica: *Et sine ipso non fuit unum (id est, bonum) quod fuit*; etenim si malum, nequaquam à Deo, sed ex causis secundis deficientibus, præut ex nihilo ab Opifice conditis.

22 Pulchrè quidem verum literæ, utpotè sensus accommodatius, nec satis aptè. *Nihil* idem est ac *Nec quidquam*, vel *nec unum*. Quocirca *sine ipso factum est nihil*, intelligendum est, ita omnia per ipsum facta; ut nec unum quidem, vel minimum quicquam excogitaret, quod ab illo summo bono, ut bonum non fuerit factum. Unde Æthiop. *Ab ipso ipso non fuit, quod factum est, quicquam: & etiam quod factum est, per ipsum & propter ipsum est*. Triplex esse rerum invenitur, ut ingeniosè excogitavit Doctor Angelicus 1. p. q. 74. art. 3. ad 3. & Augustinus etiam lib. 1. de *Genes. ad Liter.* qui in illud cap. 1. v. 6. & 7. *Dixit Deus: Fiat firmamentum: & fecit Deus firmamentum celum: & factum est ita: dicit: Primò quidem esse rerum in Verbo per hoc quod dixit. Fiat: secundò esse rerum in mente Angelica, per hoc quod dixit, Factum est: Tertio esse rerum in propria natura, per hoc quod dixit, Fecit. Ex quo colligitur, omnia in quocunque rerum articulo, seu statu esse à Deo, vel in Deo, tanquam in, vel à principio.*

23 Altiora cogito. Conatur (in fallor) Evangelista, sublimis Aquila, causarum & causalitatum diversarum exprimere confusa discrimina: ideoque dicit: *Per ipsum & sine ipso*. Apud Philosophos sanè notum principium quod, & principium quo, principium quò, signatur per ly *Sine*. Unde *Iob. 5. v. 6.* dicitur: *Nihil in terra sine causa fit*. Id est, in natura, ut observant ex Gregorio Magno, Pineda, Sanctius, & alij apud Haye in *Bibl. Maxima*: quinimò Ethnici passim decantant: *A love principium*. Principium verò quod exprimitur in ly *Per*. Patet Rom. 11. v. 36. ubi Paulus ait: *Per ipsum omnia*. Quod etiam apud Profanos obvium, Homerus in *Hymn. ad Iovem*.

Iupiter omnium rerum Auor & Opifex.

Per eum tum caelestia, tum terrestria omnia efficiuntur.

Causæ secundæ habent efficaciam, estò aliqui stultè inscienter, in quos insurgunt Augustin. de *Genes. ad Liter. lib. 5. cap. 20.* & D. Thom. 1. p. q. 105. art. 5. in corp. Efficaciam inquam, per intimam virtutem, licet dependenter à Causa prima: non quatenus Deus ad præsentiam illarum operatur (quod quidem sapit fatuitatem, si verò voluntaria comprehendit, sapient & haeresim) sed ex se, licet non à se: ut dicit Christus *Luc. 21. v. 30.* *Omnes arbores producant ex se fructum, & Genes. 1. v. 11.* *Faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit*. Quo sensu dicitur *Act. 17. v. 26.* *Fecit ex uno omne genus hominum*. Hinc postsumus verè de causis secundis modò dicere: *Sine illis nihil factum est*. Non verò *Per illas*, quippe non à se: sed nihil sine illis; quoniam modò sine causa nihil fit. Itaque *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, idem erit, ac dicere: *Omnia dependere à Deo in esse & operatione, non tantum tanquam à causa sine qua, sed etiam tanquam à principio quod, sive à causa prima qua, utpotè à Causa causæ & causati per quam Cosmopaium conditum, & sine qua nihil factum*. Plura dicemus *Tom. 3. Tautolog. 6.* ad illud *Exod. 3. v. 14.* *Ego sum, qui sum*. Totum hoc significatur per *Opus Dei*, & subinde additur *Suum*.

24 *Opus suum*. Id est opera omnia. *Opus suum*, nimisum finis & operæ fructus, quippe nactus quantum cogitaverat facere, Non *Operam*, sed *Opus*: quoniam ad animum totum spectabat, ut operâ consequeretur opus. Utrumque amplectitur Terentius in sua. *Heautontimorumen. Act. 2. Scen. 2.* dicens:

Quod in opere faciundo, opera consumis tua.

Et in nostro testimonio additur *sum* propter Epitalem, seu exaggerationem, ut vidimus in Prologo *Galeat. 9. 2. num. 2.* Apud Hebræos trita phrasis, nomine possessionis proferre finem, seu conatum, propositumve voluntatis. Unde cum indicare volunt aliquid studio, annisu, magno affectu, seu optimo modo factum, vel faciendum, *Suum*, quod faciunt, dicunt: ut vidimus ex *Itala, Ut faciat opus suum, Ut operetur opus suum*. Ubi Forerius: *Ut operetur opus suum, ut faciat factum suum, ad faciendum factum suum*. Vide etiam Haye hic in *Bibl. Maxima*. Idem enim hoccine, ac expressio desiderij superioris amoris in natura, (suaque beneficiæ, uti divina: & qua arte, modove possit (sicut fecit) se communicare ad extra. *Ipsius enim & genus suum*: ut cecinit Aratus ex quo sumpsit Paulus, *Act. 17. 28.* Post Incarnationem Verbi Dei, postsumus etiam gloriante dicere: *Et ipse nostri*.

25 *Suum*, hoc est, eximium & undecunque perfectum. Ideo Christus dicit Patri, *Ioan. 17. v. 14.*

Arabic.

Nihil, id est, Nec unum, Neque quicquam. Æthiop.

D. Thom August.

Triplex rerum esse

Principiis, Quod & Quo, Iob. Quid Per, quid Sine explicit in causis

Homer.

August. D. Thom.

Luc. Genes.

Excellentia, causæ primæ in quo?

Opus, id est, si nis opera

Terent.

Ita. 28. 218. Forer. Suum, id est, studio facit. Aratus, Actore.

Ioan.

N. 14. *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam.* Magnos non nisi magna decent. Haud minus saepe, ut absolutissimum omnibus numeris opus exprimamus, de arte hinc apprimpe perito tolemus dicere: *Ille fecit.* Similiter, *Aureo, ut solet, ore locutus, Dialecticus Aristotelica, Phrasia Platonis.* Unde discipuli Pythagorae, ut scribit Erasmus Libell. de *Lingua*, dicebant, ut summa protolleretur doctrina; *Ille dixit, ille docuit.* Ita igitur in Sacris David *Psalm.* 39. & 99. designare intendens mirificam Conditoris manum, profert: *Multa fecisti tu Domine mirabilia tua. Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Opus enim adeo excellens non à nobis, legitur formavit Deus hominem de limo terræ, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. In ipso vivimus, movemur, & sumus: siquidem ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Ezech. Elati plures Ethnicorum fastu felicitatis (quàm multi ex Romanis Imperatoribus!) seipfos ignorabant, à se desciscabant, dicentes cum Pharaone Ezech. 29. v. 3. *Ego feci memetipsum.* Quam insaniam tanquam vestimentum, cum plurimis alijs cæcæ fortis abortivis, Alexander, ambitione Magnus, impense induit, sibi supremam dignitatem atrogans, & divinos delatos honores ultrò amplectens, quoad in Tyri obsidione: accepto vulnere, conspectoque effusè promanante sanguine; qui divinitatem Iovis filius somniavit, hominem se esse meminit, & factum, superciliumque incunctanter remisit: quò spectat illud *Psalmographi Regij Psalm.* 88. 11. *Humiliasti sicut vulneratum, superbum, & Psalm.* 9. v. 21. *Scietis Gentes, quoniam homines sunt.*

26 Præterea. *Opus suum.* *Suum*, quippe non ab Archangelis factum, sicut multo diabolica facis pleni somniarunt vigilæ Hæterodoxi Archontiaci, & alij nefandi homines, videndi apud Ifidorum ubi supr. Alphonsum à Castro *Advers. Hæres.* lib. 10. verò *Atundus, Hæres.* 3. Fusè explicabimus etiam Alphonsum à Castro *Advers. Hæres.* lib. 12. *Suum* proprie dicitur; non tantum quia cuncta à Deo, tanquam a primo Principio, sed quia ipse per se fecit. Minime quia creatura aliqua (cui ab æterno hypothætica unita Tertia Sanctissima Trinitatis Persona) fuerit; per quam Spiritus Sanctus fecit & æcula, sicut his novissimis diebus quidam vacuo cerebro, mala pecus, in *Opere Theopolitico*, in figurina Germaniæ ex delirij Novatorum compacto, buccæterreus spumose ac fanaticæ ogganit. Magna enim sunt iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: propter hoc indisciplinata animæ erraverunt. Lege igitur Loerensium hic opus erat. Vide illam apud Solorz. *Emb.* 51. n. 15. Paulus igitur *Rom.* 11. v. 36. perstringit utrorumque audaciam, dicens: *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Licet de singulis Trinitatis Personis tria hæc possint dici, nihilominus tamen singula singulis attribuantur. *Ex Patri, Per Filio, In vel Cum Spiritu Sancto.* Ita Gregor. Magn. *lib.* 29. *Moral.* cap. 28. August. *lib.* 1. de *Trinit.* cap. 6. & *lib.* 1. de *Doctrin. Christian.* cap. 5. Anselmus hic, & Bernard. *lib.* 5. de *Consider.* cap. 6. *Ex Patri* tanquam a primo Principio, quoniam omne datum descendit à Patre luminum. *Per Filio Verbo Dei*, quippe omnia per ipsum facta sunt. *In Spiritu Sancto*, qui omnia continet. Verùm hoc latè ad illud cit. *Exod.*

27 *Opus suum.* *Suum*, quia in hoc opere sibi complacuit. Vidit cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Quod nihil habetur, *Opus hominum* dicitur. Baruch. 6. v. 50. *Reparati sunt in vestra testea, opus manuum signuli.* Thren. 4. v. 2. *Vana sunt, & opus visu dignum, dixit Ierem.* 10. v. 15. Etenim ut ait David, *Psalm.* 85. v. 8. *Non est secundum opera tua.* Quod verò plurimi fit, possessio Dei dicitur, & hæreditas: ut Montes Dei, Cedri Dei, Angeli Dei. *Psalm.* 94. v. 7. *Nos populus pascuæ eius, & oves manus eius.* & *Psalm.* 110. v. 7. *Opera manuum eius veritas & iudicium.* Idem, quæ diligit Deus: ut idem profert, *Psalm.* 83. v. 12. & Ovidius *lib.* 10. *Metam.* *Fabul.* 8.

*Incerta niveum mira feliciter arte
Sculpsit ebur, formamque dedit,
Nulla potest: operisque sui concepit amorem.*

28 Subinde. *Opus suum*, q. d. Complevit munus suum. Quo sensu dicitur à D. Thom. *Opus.* 57. & decantatur ab Ecclesia:

*Ad opus suum exiens,
Quasi ministerium implens, ad quod sese ultrò tradidit. Ideo Opus suum, & alienum opus eius ab eo (de quo in Didascalij) quia cum apparuit benignitas & humanitas Salvatoris nostri Dei; non ex operibus iustitia, quæ tecimus nos, sed secundum suam misericordiam, salvos nos fecit. In huiusmodi acceptione dicitur Exod. 20. v. 9. Sex diebus operaberis, & facies opera tua. Qui quidem stylus passim occurrit apud Poetas, & Oratores. Ovidius *lib.* 13. *Metam.* *Fabul.* 1.*

Duri fugientem munera belli,

Tit.

Opus suum, id est, munus suum. D. Thom. *Isai.* 28. 27.

Exod.

Quid.

Tit.

Tit.

Tit.

Tit.

Tit. Livius *lib.* 4. de *Bell. Punic.* *Omnia Regis munia (ait) & opera exequitur.* & demum Corn. Tacitus *lib.* 15. *Ann. cap.* 52. *Vitasse Pisonem crediderunt, ne delecto Imperatore alio, sui muneris Republicam faceret.* Unde *Factor operis* dicitur à Iacobo, qui implet munus, sicut qui non implet, *Auditor verbi & non factor:* quia obligationem cognoscens, & opus refugiens (sicut hic observavit Lorinus, & v. 23.) renuit auditor obliviosus factus, sed præcepti perargentis non oblitus. Hoc queritur Deus de filijs Israël, dicens: *Frustra conflatit constator.* Q. d. In casum leges latæ, & de cælo decretæ. Multum quidem fudatum, sed nihil factum. In vanuū laboravimus sustententes siquidem malitia illorū declinantium in obligationes, non sunt consumptæ. Quapropter, ut monet N. Greg. Magn. *lib.* 4. *Moral.* cap. 56. omnibus, dicitur: *Age, quod agis: operare, quod operaris:* id est, ministerium tuum imple, & adimple: ita ut facias opere, quod scis faciendum, & dicaris *Factor operis:* quin consideres duntaxat in speculo legis vultum nativitatis.

29 Denique. *Complevit opus suum,* id est hominem. Ita arbitror: tum quia desijt in homine, quasi scribens: *Non plus ultra.* Tum quia cuncta fecit, propter quem facta. De homine & universali officio accipit Lorinus hic illud David: *Omnis consummationis vidi finem:* quasi indicans hominem; qui dignitate & excellentia, consummationis finis & perfectio est, ut potè Dei opus speciale, mirificum, & totius Cosmopæiæ rationale complementum, ut observat Ambrosius *lib.* de *Noe & Arca*, cap. 4. Succinitque Ovidius *lib.* 1. *Metam. Fab.* 2.

*Sanctius his animal, mentisque capacius alta
Deerat ab hac, & quod dominari in cætera possit,
Natus homo est.*

Perfectio & finis perfectiois hominis Deus est. *Ipsius enim sumus, quia ipse fecit nos:* ut legit Cald. Ver. *Psalm.* 99. 3. Cæterum homo est omnium consummationum perfectio; igitur iuxta aliquid omnis creatura est homo: omnis quidè perfectiois perspicuè videtur finis, ubi oculis exponitur creatura rationalis. Hæc sanè possessio dilecta officis Macrocosmi cum filijs hominum esse, eius prædicantur delicia. Unde formato homine cunctorum sine, quem studiosè Conditor ornaverat; opus suum dicitur complevisse, quod fecerat.

30 Varietas lectionum in Exposit. Literæ. *Complevit Deus, &c. Septuag. Complevit.* Pagninus, *Perfect.* Olearster, *Finivit.* Chald. *Delictatus est Deus opere suo.* Bibl. Antiq. *Qui vivit ab omni opere suo.* Vatabl. *Finem imposuit.* Tertulian. *Requievit.* Hieronym. *Respiravit.* Alij denique *Cessavit.* Modò impensè contemplanda, quæ ad nostram doctrinam certocertius scripta.

ADINATON EXGETICUM.

Epilogus

- 1 **O**pus completum. Cæterum amori minime consummatum.
- 2 *Opus suum:* proprium, quia peregrinum.
- 3 *Opus suum:* perfectè, quippe rationalis creatura.
- 4 *Opus suum.* Ex se factum, & potius per se perfectum.
- 5 *Opus suum.* Si non suum, quale opus?
- 6 *Opus suum:* id est, hominem. Et quievit?
- 7 *Qui evit,* habens cui peccata dimitteret.

- 8. *Die septimo.* Laborans propter hominem quiescit.
- 9 *Opus quod fecit:* & quod aliquando reformando perficeret.
- 10 *Complevit, quod fecerat:* quia ampliora in posterum reservabat.
- 11 *Fecit:* postquam perficitur homo. Suspecta saepe formatio ex nihilo.
- 12 Faciendo operose *requievit;* quoniam desijt opus in virginis formatione.

DIDASCALIA PRIMA.

Amor modum nescit.

Chryso.

1 **E**xclamavit loquens ad cor igneo stylo S. Petrus Chryologus *Serm.* 147. & Ovidius *Heroid. Epist. ultim.* v. 17.

Ovid.

Non est rationis amor.
Est modus in rebus: sed amor proterit, rumpit, abdicat; ut nec leviter tot obicibus cæspiter. Aliger est. Incidit in obitaculum, offendens modum. Contra Nemefim pro obsequio *Tom. I. Taut.*

stat amoris studium. Latius patet, si iugum excutit. Respicit in propriam potentiam, haud in rationis mensuram.

Errat, qui finem sinceri quarit amoris, Verus amor nullum novit habere modum. Ita Propertius *lib.* 2. *Elg.* 15. Ecce veri amoris nobillorem noticiam: etenim insigne peccatoris est calcare mensuram. Dilectionis ignis

Tit. Liv.
Corn.
Tacit.
Iacob 1.
25.
Ibid.
Ierem.
6. 79.
Gregor.
Magn.

Opus
suum id
est, Ho
mo.
Psalm. 118
56.
Ambr.

Ovid.

Cald.
Psalm. 99.
3.

Varietas
Lectio.

Prop.

Amor ins
tar ignis
& navita
men-